



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Hermes Theologicvs, Id est Synopsis totius Theologiæ,  
perspicuè, doctè, subtiliter, ac breviter discussa**

Et In octo Partes ... distincta ...

De Deo Vno, & Trino

**Vindalium, 1646**

Vrbano VIII. Pont. Opt. Max.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38742**



## VRBANO VIII. PONT. OPT. MAX.

**Q**VAM V I S non nisi cum  
Diuinæ Majestatis inju-  
riâ ipsius naturam nobis  
inuestigare liceat, (Sanctissime  
Pater) gloriosus ille tamen error,  
qui Dei potius immensitatem,  
quam hominis imbecillitatem ar-  
guit. Si perfectissimam Dei cog-  
nitionem hæc Theologiae synopsis  
affunderet, male de ipso Deo me-  
reretur, ut pote cum probaret non  
esse. Per humanæ mentis caligi-  
nem longè liberaliori luce vibrat  
Deus, nec enim vacaret defectu,  
si majestatis vacaret inuolucro;

† 2.



meras in Deo tenebras esse Theo-  
logia nostra euinceret , si absque  
tenebris illum exhiberet. Quo-  
niam tamen in hac salutari cog-  
nitione omnino rudibus nobis  
esse non licet , idem planè quod  
ijs, qui de solis naturâ laborant  
euenit, qui ut ne tantum lumen  
eorum oculis tenebras offundat,  
reflexis radijs abutuntur. Nec  
aliter nos in rebus creatis , velut  
in speculo aliquantulam Diuinæ  
Majestatis cognitionem deliba-  
mus. Et quoniam duplii nomi-  
ne, dignitatis scilicet, ac singu-  
laris illius sanctimoniae, qua au-  
gustissimam appellationem tha-  
implet sanctitas, ipsa Dei per-  
fectissima est imago , quidquid  
fermè hoc libello continetur à  
dili-

diligenti virtutū ipsius contem-  
platione fuit eruendum. Næ igi-  
tur ego injustus, si riuum fonti  
non referrem acceptum, consecra-  
remq; alteri, quod à tua sancti-  
tate fuit depromptum, maximè  
cum nihil non suspectum de ipso  
Deo afferri potest, nisi firmissimā  
ipsius stet authoritate. Quamvis  
tamen opusculū istud nominibus  
innumeris tuæ sanctitati sacrum  
non esset, qui meum erga ipsam  
obsequium pateretur, ut quando  
tandē aliquid ex argumenti ma-  
jestate, ipsā dignum prælo meo cō-  
missum fuit, eā opportunitate non  
abuterer, quò euincerē, nihil un-  
quam mihi fore antiquius, quam  
clientelare obsequium, quod pub-  
licis nunc typis profiteor. Vive,  
& fave.